

13

GLADIUS GOLIATH

evolutus è pallio.

(i. Regum C. 21.)

SEU

DIVUS IVO

Justitiæ Promotor Zelantissimus; involutis hisce futurorum belli eventuum temporibus, pro felici armorum

AUGUSTISSIMI ROMANORUM
IMPERATORIS

LEOPOLDI I.

Contra hostes suos

Successu:

bene ominosâ annuâ panegyri,

Coram

Senatu, Populoque Academico,

IN BASILICA TEYNENSI

in lucem eductus

à

JOANNE JOSEPHO PELIKAN, BOEMO DOBRU-
scensi AA. LL. & Philosophiae Magistro J. U. Auditore.

Anno 1701. Mensē Junio. Die

Vetero-Pragæ Typis Georgij Labau.

SUB AUSPICIIS
ILLUSTRISSIMI DOMINI DOMINI

JOANNIS
HIERONYMI
De & In
COLLOREDO

Sacri Romani Imperij Comitis
DE WALDSE.

Domini in Oppotschno, Podschernitz, Statz,
Sibenhirten & Velmb &c.

SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE MAJESTATIS

CONSLIARIJ

Apud

Supremum Judicium Provinciale in Regno Boëmiaæ


ASSESSORIS

SUÆ REGIÆ ROMAN: UNGAR: MAJESTATIS
ACTUALIS

CAMERARIJ

Domini Domini Sui Clementissimi.





Illusterrissime Sacri Rom: Imperij Comes Domine Domine Clementissime.


Igladijs, apud hodierni temporis lanistas ex insigne Saxonico, & inscriptione Fridericus Augustus suus accedit valor, & estimatio; quidni etiam allegorico gladio meo, scie panegyri Sacratissimo Iovis sacrae magnus obveneretur sit honor & appetitio, postquam **ILLUSTRISSIME DOMINE DOMINE COMES**, ut pro ipsa fronte, in acie inquam Gladij mei, Illusterrimum Nomentum **JOANNES HIERONYMUS**, & avitum insigne stemmatis tui, Coronata Aqvila imponeretur, gratusissime concessisti. Quidnam cum molis, & vtilis esset materia, exiguis Artificis labor pro tanto gladio **ALIUS: DOMUI AUSTRIACÆ** contra hostes suos servituro; ut aliquod saltem ab inscriptione & insigni tuo haberet recommendationis laudisque suffragium, Illusterrimum Nomen Tuum insculpere fuit per quam necessarium. Et sane; quid aptius acturus eram? dum totam dictionem, meam in Augustissimi Imperatoris **LEOPOLDI** solarium dirigo, quam ut Gentilitiam Aqvilam Tuam irretorta oculorum acie ad contemplandum Solis^z Dupli **LEOPOLDI** splendorem provocarem? quid accommodatus? quam ut Volucrem Tuam Jovi Romano-Austriaco adamatam ad presentiam Corporis, Corporis inquam Eucharistici, quasi centri Austriae advocarem? Ac praesertim, ubi cum dulcissimo animi solatio per honorum fastigia, quasi viam Aquile in Calo, Majores tuos virtute proprias, & pennis volare, admirabundus intecor; ubi inquam video Aqvilam tuam si de Italia loquar usque ad Eminensissimum Ecclesia Cardinem evolasse; & nunc etiam sub purparato Galero pacifice requiescere, evolavit ibidem ad Marchionatus dignitatem. Volavit etiam non ita pridem per Boemia, Silesie Moravia Austria, Seyria, Carinthia, partes in Magisterio & Prioratu Sacri Hierosolymitani Ordinis. Volavit in Gene-

Generali Campi Magisterio, volavit in intimorum actualiumque consiliariorum officijs; at quia viam Volantis Aquile tuae in hoc terrestri dignitatum calo non capio, dum tot, tantosque togas est sago illustres, pro Numinis cultu in Personatis Zelosissimos Ecclesiasticis, pro salute Reipublicae studiosissimos in Dignitatibus politicis, pro incolumentate Patrie strenuissimos in Officiis militari bus conspicio; ut reliqua silentio præteream: Aquila tua in Te uno jam usque ad conclave SUÆ REG: ROM: UNG: MAJEST: advolavit dñm CAMERARIUS ejusdem nominatus es; & novissime Imperatori Clementi in hoc Inlyto Regno Boemia ad Supremum Judicium Provinciale pulcherrimum volatum fecit, dum ejusdem judicij ASSESOR, simulque S.C.R. MAJ: CONSILIARUIS declaratus es; in quo quidem honorificentissimo munere tuo cum Judex potestatem gladii acceperis, sine gladio esse non potes, ecce gladium Goliath, gladium Justitia; cum apud hoc, cuius Auctor es, judicium, cause Viduarum & Pupillorum Judicentur; ecce pauperum & ope destitutorum advocatum, ecce in pari causa Judicem D. Ivonem, cuius exemplo dum judicabis, minimè leges, minimè iuris neglexisti. Suscipe ILLUSTRISSIME D. D. COMES, tenua subjectissimi obsequij mei minutal & gladium hunc pro AUGUST: DOMUS AUSTRIACÆ felici omne ad instar Majorum tuorum, pro tua Gloria, meo etiam votorum scopo faventis oculi annutu accipe. Ita supplico longevitatem, longevam incolumentem, & in filiis filiorum tuorum a propitio calo bexedictionem Tibi, Tuisque advovens.

Illusterrissime S. Rom: Imper: Comes
Domine Dne Clementissime

Humilissimus Servus

Joannes Josephus
Pelikan.



ORATIO.



I quando Chalybem in manibus Saturni,
dum ei falcem attribuit, aptè collocavit fa-
bulosa antiquitas sapientum, nunc certè,
ubi nova suboruntur indies pericula, di-
cam ferrea imminere, imò adesse tempora.
Et in hoc tanto utrinque armorum appara-
tu, in hoc ingruenti Germaniae, Hispaniae,
Galliae, Italiæ per arma strepitu, in hoc Imperij Austriaco-Ro-
mani, Regnorūmque cæterorum discrimine, hâc eventus bel-
lici expectatione, Tu præprimis Eximia Facultas Theologi-
ca, tuum profundissimorum robur dogmatum & argumen-
torum fortissimorum validitatem, in Machinas apta bellicas,
tuam contra hostilem Conatum in volatus pyrios explode
igneam subtilitatem: Tu Medendi Corporibus & vitæ con-
servandæ cæteroquin nata Excellentissima Facultas Medica,
tuum in cædes & funera converte studium sollicita in hoc ar-
morum periculo, non tam de pilulis, quam pilis, non de phar-
maceuticis, quam de plumbeis Conflictui servituris. Vos Do-
ctissimi in Facultate hac Philosophi calamis etiam fuliginem,
excutite, chartas deserite; è calamis spicula, è chartis mem-
branam, è membrana pelle, è pelle tympanum, è tympano
sonum armis congruum exerite

Habetis enim Eximij Joannem Apocalypticum, in Jo-
anne Aqvilam, in aqvila oculum, in oculo solem in Joanne &
Aquila Josue Ducem inclamantem, Sta Sol: Habetis Exellen-
tissi-

tissimi Cosmam & Damianum in Cosma & Damiano scipi-
a L. i Ge- das duros bello a in scipiadiis duo fulmina belli b Habetis
org: Doctissimi Catharinam: in Catharina Virginem & Marty-
b b, Ane- rem, in Virgine & Martyre pectus Virile , in Virili pectori
dos, Amazonem,in Amazone ducem belli fortissimam.

Quæ in vobis dum video belli ineundi ingenua alimen-
ta, in me ipso metamorphosim martialem temporibus hisce
cum multuosis idoneam experiri video; jam enim linqvam, quæ
Oratoris munus subitura erat verti in lanceam, vocem in to-
nitru' bellicum, oculos in pilas militares, & suggestum hunc
ipsum in arenam verti & cum Clarissima Facultate Juridica
in aciem prorumpere hostilem video armaturā instructus
Victoriam omni certissimo promittente. Si enim Sublimissi-
ma Theologorum hic in aciem eruditam disposita Facultas ar-
ma non respuit, quæ obtulit; si Medica pilas plumbeas, pro pilu-
lis non detrectat; si Philosophia Calamos in sagittas, chartas ex-
tendit in tympana, si Trias hæc inclyta bello se apparat; næ tu
mihi prima omnium es, quæ præ ceteris Facultatibus cum ar-
mis negotium habes maximè debitum Clarissima Facultas
Juridica. Tuus est Clypeus, quia Lex, cuius præsidio in tuto
est Respublica, tua est. Tuus est gladius, quia Justitia, cuius
Symbolum gladius est, tua est. Tuum est quid quid pacis est,
quid quid bellii est; eadem enim Lex in pace togam induit,
pro pace sagum assumit. in pace nutritur Oliva amoris, pro
De Justin. pace decertat gladio timoris, nempe; tam militaris res legibus
Cod. Conf. in tuto Collocata est, qvam ipsa leges, armorum præsidio sunt servata.

Tua ergo sunt hæc tempora Clarissima Facultas, quæ
nunc ferrea sunt; Tu præsentium es temporum, quæ ferrea es,
tibi enim debetur ferrum, ne suo leges destituantur præsidio,
tibi debentur leges, nè suo ferrum excedat imperio. Et in hoc
præsertim rerum Austriaco - Romanarum statu ubi in futuro-
rum belli pro parte nostra eventuum omnia sunt dubia, recta-
omnia in scrutabilis Proyidentiæ velo, qvasi sifario obducta-
dabo

dabo in manus vestras Clarissimi involutum quidpiam, nec nisi ubi tempus adoleverit in rei veritate evolvendum.

Dabo armorum genus, dabo involutum in pallio, dabo gladium, sed gladium Goliath, gladium Goliath involutum, in pallio; dabo inquam gladium & in gladio æqvissimum pro Justitia modernorum temporum Zelotem Sanctum Ivonem. dabo Gladium Goliath in Caput invasoris evaginatum; dabo Gladium Goliath involutum in pallio, & uti Regum fasti sacerdimi memorant, Davidi à Sacerdote Domini in defectu aliorum armorum præsentatum; dabo inquam in hac Augustissimæ Domûs Austriacæ armorum absentia, Divum Ivonem Britono - Gallum in fortunatos ac felices proximorum LEO-POLDII, Armorum successus, ex metu securorū belli eventuum & expectatione humili panegyri ominosè evolutum. Tua igitur gratiâ Magnifice Domine Rector, vestrâ Spectabiles Domini Decani, Eximij, Clarissimi, Excellentissimi, Doctissimique Domini Professores & Doctores, vestrâ Senatus Populique Academice, cæterique omnibus titalis honorandissimi Auditores pace & patientiâ fretus, gladium in Divo Ivone promam hodie coram vobis, non in vos, imò pro vobis: quia pro DEO Cæfare & Patriæ communi solatio, quidquid de Sancto dixero, ex Ejus honoris amore dicturus.

Ubi gladius exeritur, si non componuntur, subvertuntur Regna. Ubi gladius erigitur, si non inclinantur, decutuntur rebellium capita. Ubi denique dominatur gladius, ibi si parent, tutelam habent, si resistunt vertuntur in interitum, coronæ & imperia. Quid? vis Judicem & gladium consule, vis vindicem & gladio configere, vis indicem & horologio gladium præfigere, affige lateri gladium, præsidium invenisti. Infige terra gladium, crucem adorasti, gladium arripe si stylo scriptorio indiges, gladio ntere si veru, si cultro opus est. Illum in vagina reconde, pacem adversario nuntiabis, amorem causabis, in lucem protrahe, timorem procurabis, cædem & fu-

nera spirabis. Illum præfer, potestatem ostendisti, illo sœvi;
crudelitatem exercuisti, illo uno si velis, possis;

Virg. Aeneid. L. 6. *parcere subjectis, & debellare superbos.*

Seneca, Ep. 76. In uno gladio, dicam verbo omnia, habes omnia: qui-
bus si subesse velit amore dignam Rem publicam tueri possis,
si resistit timore urgendam valeas ad officium suum abunde
compellere.

Ego quidem gladiatoriæ rei inexpertum me non diffi-
teor AA: quia verò Romanus Salomon Seneca probam ferri
me facere & experiri edocet: *gladium bonum esse non cui deau-
ratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur; sed cui acies
ad secundum subtilis & mucro munimentum omne rupturus.* licet
possim, nolo tamen de Ivironis nostri plus quam gemmea Darij
Persarum Regis vagina, stirpis inquam Ivoirianæ nobilissima.
Pro sapientia Sermonem trahere. Probemus duce Philosopho *gla-
dium non ex baltheo & vagina, sed ex mucrone, Ivironem, ex pue-
ritia.* Nec dum ipse in vita lucem protractus erat ex utero ma-
terno, jam secuturæ Santitatis splendore matré prægnantem
per quietem nocturnam divinitus immisâ luce irradiavit;
nempe erat hoc prodituri in lucem purissimi proæquitate
gladij signum, qui vel modicum in vagina ad clarissimos Solis
Justitiae radios agitatus, per reflexam radiorum lucem, noctur-
nas iniqvitatis & tyrannidis tenebras in Serenissimum Justi-
tiae diem esset conversurus.

Nec dum prætextam puer exuit; jam Philosophus, mox
adolescente ætate Theologus, jamque etiam Canonum Sacro-
rum Parisijs, Aurelianii utriusque Juris Auditor; divinis huma-
nas, spiritualibus politicas copulando scientias id egit, ut vi-
vum in se exprimeret gladium Apocalypticum *Ultraque parte
acutum, unâ aciei suæ parte expositurus se pro DEO, alterâ pro
legibus; unâ scientiam acqvitendo, alterâ conscientiam re-
gendo, utramque in se conjungendo, sic optimè daturus DEO
qua DEI sunt, qua sunt Cesaris Cesaris:*

Felix

Felix Cherub noster *versatili, flammæque divinæ hu-* Genes. 3.
manæqve scientiæ armatus *gladio*, felicior Urias noster, qui li- Lib. 2.
teras quas solerti studio adamavit non ad necem suam, qvin. Reg. c. ii.
potius ad salutem etiam alienam securè ad portum felicis æ-
ternitatis deportavit.

Jam verò ubi ætate maturâ factus est Vir omni divina-
rum, Ecclesiasticarum, politicarumque rerum peritiâ adultus
cœpit in *auro* subtilitatum Theologicarum, in *argento* Cano-
num Ecclesiasticorum, in *ere* legum Civilium pro Sanctitate
divini tabernaculi studiosissimo conatu laborare, alter *Besleel*
à Domino electus Ivo noster. idque ut securiùs sibi, populó-
que fructuosiùs negotium procederet, exemplo Salvatoris no-
stri Sacerdotis simul, simûlque Regis, Sacrosancti Sacerdotij
dignitate inauguratus Præsbiter, duas illas alas quibus huma-
na tutè provolaat, duas inqvam potestates, Sacram Juris Pon-
tificij, politicam terreni Imperij, sibi invicem necessarias ad
mutuum succursum, itâ sibi aptè adaptavit; factus Rhedenen-
sium, ac deinde Trocorensium in solo Patrio Officialis; ut in
Spiritualibus sæcularium omnino legum peritiam in obseqvi-
um traheret spiritualium, spiritualium notitiâ in tempora-
lium Jurium commodum & præsidium exactissimè uteretur.

Vidissetis in Ivone pro Ecclesia acerrimum Petri gla-
dium; pro legibus Civilibus Sapientissimi ensem Salomonis'.
Illo infructuosos vineæ Dominicæ palmites amputabat, com-
burebat: unâ rhompææ inflammatæ virtute contumaces
censuris Ecclesiasticis rescindendo, alterâ per ardentissimum
Spiritûs sui Zelum invasores, oppressorésque Ecclesiasticæ li-
bertatis, urendo, consumendo. hoc certa à dubijs, aqva ab
iniqvis Salomonicâ sapientiâ admirandè secernendo: Illo
succrescentes in Ecclesia herbas noxias eveliendo, infestas per-
purgando, proficuas implantando:

Hoc & illo pauperum causas non minùs quam si suæ
essent tuendo, lites in judicijs quibus prærerat, calumniosas'
mode-

moderatè componendo, suppressos erigendo, suum cuique
accerrimè procurando, si stabat, stabat pro justitia, si sedit, se-
dit pro æqvitate. Casura erat sententia in alijs tribunalibus
iniqua in damnum pauperis & afflicti, divino monitu inter-
nè vocatus Ivo ad volavit illico, & fortissimis legum argumen-
tis, & lingvæ suæ viribus Judices mutare coëgit sententiam,
traxitque in partem Æqvitatis. Dixissetis, ubi ubi naufraga-
batur Justitia, ibi à naufragio fuisse ope Iwonis præstò accuren-
tis semper liberatam. O! gladium nulla corruptum iniquæ
sententia rubigine, nullo innocentis sangvine inqvinatum. O
gladium spiritus! gladijs materialibus, qvorum præstantia ex in-
flexione in circulum, & ex circulo in pristinam rectitudinem
colligitur; præstantiorem, quia omnimodè inflexibilem: nec
divitis opulentia, nec munerum præsentia, nec personarum
excellentiâ incurvatum, sed in sua semper rectitudine, in sua
linea æqvissimâque arbitrij constantia semper irretortum,
semper immutatum. Illam tamen quam in judicando re-
spuit Ivo noster æqvissimus arundinei animi vento agitati fle-
xibilitatem, amplexus est ambabus ulnis artissimè in Chri-
stiana, & ad centrum terræ incurvata animi humilis demissio-
ne, ipse uti Judicem decuit ad calumnias surdus, ad minas cæ-
cus, ad pericula vitæ & famæ prodigus, ad persecutio[n]es inju-
rias, insidias, mutus, & infractus ipse ad omnia; plurāne pro
DEO & legibus passus sic humiliiter qvām egerit fortiter, reli-
qvit in dubio posteritati. His tamen an putatis adversario-
rum injurijs Iwonis attritum fuisse animum? tantum abest
auditores, ut aciem suam hebetaverit gladius noster Ivo, qvin
potius resplenderet in dies, acuereturque melius probè scien[s]
Ilijs eam solum naturam esse ut oleant qvamdiu intacta sun-
fæteant si carpantur; ferrum autem sordere ab otio, refulgere & ex-
poliri ab attritu. sexcenta sunt quæ de hoc gladio nostro, in vi-
ta lucem in Britannia minore evaginato, & per annos qvin-
qvginta vitæ suæ pro DEO & justitia fortissimè depugnante
quæ-

qvæque de Beatissima ejus morte afferre possem hic loci A A fi
onus humeris meis imposuissetis historici non Oratoris.

Et in hoc munere constitutus, videre mihi video Ivo-
nem nostrum post solutum à saeculis aliquot naturæ mortali
debitum, è sepulchro suo glorioso, non secus quam ex mater-
no utero, ex loculo suo sacratissimo, non aliter quam ex pre-
ciosissima theca gladiaria in lucem denuò prodeuntem hodie,
& iterum reviviscentem, hisqve martialibus temporibus gla-
dium hunc sacerrimū in Augustimi Davidis nostri LEOPOL-
DI manus ultroneè sese inferentem. Quid inquam? si forte
aliud coronatum caput nominare debueram? Divus Ivo in-
Britannia Galliæ natus pro partibus sese porrigat Germaniæ
& Cæsaris & Imperij? mihi quidem notum est suis Divos Pa-
trijs singulari Patrocinio non deesse: libeat tamen Sapientis-
simum Trajani Romani Imperatoris audire effatum, illo jam
tempore pro me stantis, quo collatae potestatis typum in gladio
Romano Præfidi pro more porrigens *hoc inqviebat utere pro Pincim:*
me si mea potestate recte fungar, sin autem male, hoc utere contra me mund:
Est fateor Briton sub ditione Gallica, Ivo noster, at Ivoli symb. L.
justo nulla est, quia justitiae nulla est cognatio, nulla patria. ju- 22, e. 9.
flitia enim non novit patrem, non novit matrem, personam non acci-
pit, Deum imitatur.

Accipite virtutis hujus veram in virgine decentissima Cassido-
oculis vestris spectabilem effigiem. Si Pandoram vidistis in-
rus. Pandora Justitiam fingite, cujus membra totiusque Corporis
constitutio omni absoluta est proportione, omni rectitudine,
Videte oculos quibus in legum rigorem irretortè intenta-
dum omnia videt, amicos & munera non videt; considerate
decorem aurum, sic illa non unam non alteram, non unam ne-
que alteram, utramque nempe utraque aure causarum dissiden-
tium partem percipit. Videte ut frons nec metu nec spectur-
bata malaciam teneat, nullo tonitru, blanditijs nullis nullo
passionis impellentis fluctu variabilem.

Eto

Let ipsa genæ quam nihil ementiti, fucatique in se continent, illâ gaudentes formæ præstantiâ, quam sincera causarum secundùm leges sese collidentium, qvæsi colorum in facie colludentium varietas solet efficere. Quantus labiorum re-
Etè judicantium decor! qvanta vocis, sententiæ inqyam, nullo adverso impuri affectû halitu redolentis puritas, orisqué fragrantia. En! in læva bilancem & in bilance epigraphen: *Cuique suum.* En in dextra gladium, circa gladium lemma: *Contra metum, contra spem.* Illâ merita cum demeritis, pœnas ponde-
rat justissimè cum præmijs si stō impugnantes se, seu viribus, seu muneribus arcet, refugientes tuetur. Omnia ad speculi regu-
lam disponit, omnia ad veritatis lucem considerat; Et quod miremini maximè, virtus hæc an virago, rigida licet sit, severa non est nisi malis; licet respectu omni careat, omnem tamen in se circumfert humanitatem; nobilissima licet sit origine, Patriam in terris cognatâsque neqvaqvam habet; sibi ipsi Pa-
tria, sibi ipsi cognata, quia Justitia.

Dixeris ô dixeris, qvisqvis Justitiæ adversarius es, dixe-
ris Ivonem esse Britonem, pro suis, non pronostris armorum, successibus natum, dixeris cum Patriæ potius pietatem, qvam ex-
teris debere: at justitiæ à me tibi delineatam veram imagi-
nem aspice; si Patria est Ivoni, justitiæ ex qua ipse totus est, Patria non est; quam ipse in terris sibi despensavit, in cœlis
connubio æterno copulavit. Videte quæ pro Justitia egerit
contra Patriam dum viveret, ut quæ pro justissimis armis no-
stris, pro Patria nostra aucturus sit dum in Cœlo est, inferatis.
Trecorensis Ecclesiæ existebat fidelis officialis in munere Pro-
pugnator Ivo; cum sese in centesimam, vigesimamque im-
mobilium partem immittere viet armis non verebantur Fran-
cie Regis ministri, Ecclesiastice libertati damnum illaturi.
Quid ad hæc Ivo? trepidante licet partis ejus Episcopo, & Ca-
pitulo resistendi animum non habente, qvin potius ad ceden-
dum armis urgente, unus Ivo pro DEO & Ecclesia pectus fu-
rori

rori opposuit, ut unus omnium gladio Justitiae armatus antiquis Francorum Regum privilegijs collata bona & firmata ab hostili impetu vindicaret, nec in aliud consentiret, quām quod æqvitatis potestati armatæ de jure cedere permittebat. O admirandam gladij fortitudinem! Amplius est quod dicturus sum. Necdum paci, & tranquillitati eadem Trecorensum Ecclesia restituta erat, cūm ecce fortissimus murus contra in justitiam Patriorum hominū contra arma Francica, quæ templum ipsum Divi Tugdualij Ecclesiæ Patroni tutelaris, ponebant in periculo, objecturus sese Ivo noster, in Sacristia templi ipse pernoctabat templi futurus, si irruptio fieret, & propugnator & commendans. Dabat ergo nocte unā quieti suæ, somnōque tempus, cūm ingenti templi strepitu, quasi machinæ totius collapsu excitatus exilit ad sepulchrum Tugdualij Tute laris & lyplana sacra ocyus venerabundus advolat, longoque sermone habitu cum loci indigete sanctissimo, felix retulit nuntium Ivo, pacem à Gallis Ecclesiam suam propediem habituram. Tunc enim verò primò postqvam tantum Patrius ipse contra Patrios pro Justitia egit, in justitiam perseqvi, æquitatem cessavit defensare; eodem usus contra patriam gladio, quo pro Justitia militavit. Hæc vivens gessit gloriosè Ivo, & adhuc mortalis; at nunc ubi ante justissimi tribunal DEI gloriosus consistit, propriorque est Iustitia, quām terris Iustitia; an putatis communem ille Iustitiae causam inter arma nunc incampum prorumpentia periclitantis deseret? quod si enim suis cuique in humanis necessitatibus advocatus est in cœlis: si morbi suo non carent apud Esculapio, si epileptici sanitatem recuperant à Valentino, si res perditæ reperiuntur cum Antonio, si partus felicitatem debent Matres Ignatio, si naufragi serenitatem & securitatem adscribunt Nicolao, si famæ tutorem advertunt periclitantes in Ioanne Nepomuceno, si moribundi felicem exitum experiuntur in Barbara, si denique ianuariis ianuarii in cœlo ad sunt necessitatibus propi-

tij & efficaces advocati; solam dicite Iustitiam in Cœlo advocatum non habere; habet profectò habet in cœlo plures Iustitia patronos, habet præcipuum in D. Ivone Advocatum, & in hunc Injurij eritis, si eum in hac temporum injustis armis expositorum calamitate abfuturum dubitatis.

Erigere attritum tot bellis, armisqne Romanum Imperium! quemadmodum enim armorū iusticia felix Romanorum De Just: Cod. Conf genus omnibus anteponi nationibus, omnibusque gentibus dominari prateritis effecit temporibus, ita DEO propitio Te nunc & in aeternū efficiet. erigere tot pressa à teneris ungivculis & afflita per lectionibus, totque structis, sed perruptis insidijs & rebellionibus, Augustissima Domus Austriae; erigere in spem Imperij Caput Victoriosissimum LEOPOLDE, qui bellum nunquam aggressus es, ut Victoriam non reportares, quia nunquam ambitione duce, sed iustitia præcunte inchoāsti, continuāsti termināsti. Habes Ivonem hodie prote, benespéra! de innumera hostium cohorte triumphabis; Imperatoria enim Majestas tua non solum armis decorata, quis pro armis habes iustitiam; sed etiam legibus armata quia habes Ivonem prote & in Ivone gladium, pro iustitia acerrimè decertaturum.

In praemio Inst. t.
3. Re-
g. c. 3.
Judic: c. 7.

Habes Ivonem, & in Ivone gladium SALOMON sapientissime ejus tu beneficio legitimum Hispaniae Infantem deprehende, vera Matri attribue; verus Pater vel in hoc ipso, quod parental omnino affectu in charam prolem impulsus, eam maluisti armis & sanguine tibi vindicare, quam in divisionem ejus consentire. Habes Ivonem, & in Ivone gladium GEDEON fortissime, trecentis solummodo ex triginta millibus milita armigeris adversum innumeram hostiū multitudinem, sub cineribus panis tuus suo in castra Madian & Amalee de lapsu conteret, conteret DEUS tuus Eucharisticus. Habes Ivonem & in Ivone gladium ALEXANDER invictissime, hoc Tu implexum & perplexum eventus bellici nodum Gordium hoc in-

tricata hæc tempora, si s' aviter solvere non vales, dissea fortis-
ter, & pacem populo tuo, tibi debitam evinces Coronam. Ha-
bes Ivonem & in Ivone Gladium Goliath, DAVID mani-^{1 Reg: c. 19.}
vile; eum tu in possessoris sui, invasoris cui cervicem vali-
de evibra; aderit, si te viribus imparem æstimas divinæ Neme-
sis dexteræ cuius robore Capita in te erecta Philistæ exercitus
uno iætu amputabis, Victoriam reportabis. Habes^{2 Reg: c. 16.}
Ivonem & in Ivone gladium PSALTES DOMINI ferver-
tissime, illo Tu scelestissimo Consilio Achitopel & Seniorum
invasorem Regni tui prosternes Absolonem. Illo Tu instigan-
te Joab & Abiathar proclamatum Regem confundes Adoni-^{3. Reg: c. 8.}
m, illo illo tu in thronum Regiæ Majestatis dilectum quem
destinasti filium feliciter collocabis Salomonem.^{codem.}

Tu verò, liceat mihi Ivonem nostrum sacerimum ex-
tremum alloqui, Tu inq' vam gladic justissime, ad supremum
Divinæ justitiæ Tribunal advocate, ad decidendas armorum
controversias Regum & Principum Judex delegate, age nunc
& pro ea quām æqvitat' iur' sti' fide age ensis acerrime, Ivo
sacerime, te in ungues bicipitis Aqvile dimitte, & quæ ultra
staturam suam se erigunt Capita vel inclina Cæsari, vel in ter-
ram decute. Age gladic versatilis, Ivo æqvissime, age cala-
mum, novumque testamenti libellum stylo tuo, si non licet
plumeo, saltem ferreo conscribe. Age gladic acutissime, Ivo
pijssime age, falcem imitare, in messem stringere, & excre-
scentes extra limites suos flores in immortalem tibi succide
Coronam. Age denique, age indicem, gladic rectissime, Ivo
Sanctissime, age, horologio præfigere: neque solem Iustitiæ
contra Gabaon moveri sine, donec ad plenitudinem Victoriae
& gloriae Augustissimus Imperij Romani IOSUE provehatur.
Bene spera pretiosa Iovis proserpina, bene spera cultissima Or-
bis portio, bene spera Imperij biceps aq'ila, bene spera Leo
Boemice in Ivone justitiæ incorrupto advocato, qui dum vi-
veret vixit pro justitia, dum mortuus est, mortuus est & revi-
viscit

vicit pro Iustitia; huic fidem juravit Ivo mortalis, eam non
violabit immortalis; si quod est in Cœlo connubium, Ivo
noster à Copulata sibi interris Iustitia, non patietur in Cœlis
divortium. Et hoc est quod Orator hodiernus Confido, qui
Gladium ex Ivone, Gladium Goliath ex Ivone Britone, gladi-
um involutum in pallio, Ivonem inter hæc bellica dubiæ for-
tis tempora, in Caput hostile Romani Imperij evolvendum in
gratiam vestrī, tenui lingvæ ministerio, tibique Alma Universitas,
tibi clarissima Facultas Juridica obsequendi studio, in lu-
cem oratione mea evolvi. Vos Auditores mei honorandissi-
mi, hunc in Divo Ivone Romano-Austriaci Imperij gladium,
Vindicem a me yobis præsentatum gerite, & dum ea, quæ
nuac occulto divinæ providentiae pallio testa sunt, evolvet,
rerum nostrarum mèderator DEUS in Ivone nostro, in
hoc gladio Philisthæo, divinæ dexteræ virtutem
adorate

D I X I.

57

